



~~CH.~~ EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

W-27

SIGNAT. 1515 CCCXIII.

St. Nikolai Aled

*Doctrinae*  
*de*  
**BAPTISMO**

42

*Capita præcipua, sub forma thesauri tractata, &  
divina Spiritus sancti benignè assisten-  
te gratiâ,*

**P R A E S I D E D A V I D E**  
RUNGIO, SS. THEOLOGIÆ DO-  
ctore & Professore in Academia VVite-  
bergensi publico,  
Ad publicam disputationem 30. Aprilis hora 6.  
matutinâ instituendam proponit.

à

**M. BARTHOLEMÆO BATTØ**  
Hamburgensi.



WITEBERGÆ,  
Typis M. Georgij Mulleri, Anno 159

Clarissimo, consultissimoq; viro, Domino  
HENRICO ab HOLTE I. V. D.  
præstantissimo,

Reverendis, doctissimis deoque Ecclesia Christi  
bene meritis viris,

Dn. M. GREGORIO STAMMICHIO,  
Hamburgi ad D. Catharina Pastori, Ec-  
clesiarumq; ibidem inspectori vigi-  
lantiissimo,

Dn. CONRADO GERLACIO,  
ministerij ibidem Seniori venerando; fautoribus  
& amicis optimis summeq; colendis,

Optimo & ornatissimo viro

Dn. IOHANNI BATTO  
civi Hamburgensi parenti carissimo,  
multumq; honorando,

Disputationem hanc, præcipuorum doctrinæ de Ba-  
ptismo capitum veram assertionem complectentem,  
benevolentiae, debitæq; gratitudinis & obser-  
vantiae testimonium offert & nun-  
cupat.

M. BARTHOLEMÆVS BATTVS  
Hamburgensis.

## THESES I.

**D**E Baptismo, primo salutis nostrae instrumento, ut per quod in Ecclesiae coetum, extra quem non est salus, initiamur & recipimus, aucturi, primò definitionem ejus proponemus, ut quid in tota tractatione potissimum expectandum sit, primâ statim fronte appareat: post eam, in sua præcipua membra resolutam, eā, quā fieri poterit, σαφλωία considerabimus.

2. Definitur autem baptismus ab alijs aliter, Hugo de S. Victore definit illum aqua diluendis criminibus sanctificata. Alij definiunt Sacramentum regenerationis per aquam in verbo vitæ. Quas quidem definitiones etsi dextrè intellectas veras esse non negamus: sequentem tamen, quia pleniorē omnium Baptismi causarum explicationem habet, nostro instituto magis accommodatam judicamus.

3. Est itaque Baptismus Sacramentum novi fœderis, institutum à Deo, quo hominem, peccato pollutū, aqua in verbo vitæ mundat, sanctificat, regenerat, ex eo, qui natura erat filius iræ, Dei filium facit, cœlestiumq; bonorum hæredem instituit, ut corpore peccati destructo, nunquam peccato serviat amplius, sed in nobilitate vitæ perpetuò ambulet.

4. Definitio hæc ut rectius intelligatur, sequentes veniunt expendendæ quæstiones: 1. ut de definito, seu Etymo nihil nunc dicamus, est de genere. 2. de auctore seu causa ejus efficiente. 3. de materia, 4. de forma, 5. de fine quo ad Deum, seu effectis & fructibus Baptismi, 6. de fine quo ad nos, 7. de subiecto, seu objecto, in quo Sacramentum hoc occupatur. Has ordine primùm videbimus, post de ejus ministris, per quos recte & legitimè administrari possit, alijsq; solennitatem hujus Sacramenti conceruentibus quæstionibus non nihil dicemus.

5. Quod ad primam: Baptismum dicimus Sacramentum, id 1. Quæstio. quod nemo facilè in dubium vocat, qui vel Sacramenti partes constituentes, vel finem, tum quo ad Deum, tum quo ad nos, penitulariū considerat.

6. Partes Sacramenti constituentes duæ sunt; Elementum visibile & externum, & verbum, teste Augustino tract. 80, in Iohannem: Accedit verbum ad Elementum & fit Sacramentum.

7. Finis quoad Deum est, ut sint efficacia signa & signacula missionis Evangelij propriæ, & gratiæ Dei, per quæ Deus verè nos justificat, salvat, & cœlestium bonorum hæreditatem efficaciter nobis applicat & obsignat: quoad nos verò obligatio, quâ ad obedientiam debitam Deoque grata nos vicissim obstringimus. Quæ quidem Baptismo nostro in solidum competere, & negari facile non potest, & ex sequentibus, Deo dante, sole clarius patebit.

8. Porrò novi fœderis Baptismum dicimus Sacramentum. Per novum verò fœdus intelligimus doctrinam de beneficijs exhibiti Christi mediatoris, ex Sion & Hierusalem in omnem terram propagatam: Quenadmodum per vetus fœdus sive testamentum Legis doctrinam, post exitum Israelis ex Ægypto in Sina monte horrendis signis iræ & judicij Dei Mediatore Mose promulgatam.

9. Hujus Novi fœderis Sacramentum est Baptismus, ut qui exhibito demum Christo institutus est, & sub veteri testamento multoties promissus, & typis adumbratus.

10. Sane ante Christi in carnem adventum quenquam modo Baptizatum unquam fuisse ex scriptura doceri non potest. Nam quod 1. Cor. 10. Patres in Mosen nube & mari baptizatos fuisse Apostolus testatur, id in figura ipsis contigisse, idem Apostolus v. II, interpres omni exceptione majore est.

11. Promissiones verò quibus idem sub tempore Novi Testamenti promissus est, ne tam numerum, quam pondera attendisse videatur, duas tantum considerati petimus: altera Ezech. 36. ver. 25, extat, ubi populum suum se alpersurum aquis mundis pollicetur Deus, quibus mundentur ab impuritatibus suis: altera Zachariae 13. v. 1, ubi futurum ait, ut pro peccato & separacione ex immunditia aperiatur fons domini David. Quæ in Baptismum nostrum digitum quasi intendere nemo non videt.

12. Typi, quibus idem varijs modis in veteri Testamento fuit adumbratus, sunt aquæ Marea Mose ligno injecto dulces redditæ Exod. 15. aquæ ex petra à Mose percussa, emanantes, Exodi 17 aqua expiationis, in quam vaccæ rufæ cimeres conspersi sunt Num. 19. aqua Iordanis, qua Naëman Syrus tinctus à lepra misericordie sanatur 2. Reg. 5. A. 6. v. 1. m. 3. mun. 30. o. 1. d. 1.

13. Tres verò sunt præcipui, Arca videlicet Noah, circumcisio,

s. A.

&c

& stupendus ille Israëlitarum per mare rubrum transitus, quæ Baptismi nostri typos fuisse ipsa Novi Testamenti scriptura di- fserit testatur. De arca quidem Noah 1. Pet. 3. de circumcisione Col. 2. de transitu vero illo Israëlitarum 1. Cor. 10.

14. Hoc Novi fœderis Sacramentum à Deo institutum esse de- *Secunda*  
finitio asserit, quod facile concedet, qui ex superioribus Bapti- *questio-*  
smum Sacramentum esse recordatur. Sacra menta enim cum fœ-  
deris cùm Deo sancti signacula sint, quis, nisi extremitè impius,  
humanæ & non divinæ potius ordinationis illa esse statuat?

15. Sed & mandatum Christi Apostolos in orbem terrarum  
exire & omnes gentes baptizare præcipientis, in nomine Patris *Matth. 28.*  
& Filij & Spiritus Sancti, idem potentissimè evincit. Rem enim *Marc. 16.*  
à Deo peculiariter præceptam ab humana ordinatione suspende-  
re absurdissimum est.

16. Posset idem probari pluribus, & inter alia etiam elogijs il-  
lis tam præclaris, quibus in scriptura Baptismus passim insigni-  
tur: verum, quia de Baptismo nostro nemo sanæ mentis id un-  
quam negavit, omnem hic operam ludere fortassis videbimus.

17. De Iohannis vero Baptismo non eadem omnium est sen-  
tentia, sive genus, sive auctorem, sive effectus quis attendat, quod  
hic considerare operæ pretium judicamus.

18. Scholastici, Pet. Lombardus, Thomas, & alij, Item Iesui- *Lomb. 4.*  
tæ & reliqui Pontificij, et si evidenter loci Matth. 21. & aliorum dist. 2. art.  
compulsi, Baptismum Iohannis à Deo fuisse negare non possunt: *5. Th. par.*  
tamen ratione ritus externi tantum id intelligendum esse con- *3. quest. 38.*  
tendunt, & quidem ratione generalis tantum Dei inspirationis. *Bell. tom.*  
Ratione enim particulari ritum illum non à Deo præscriptum, *3. libr. de*  
sed à Iohanne institutum esse dictitant, ut meritò Iohannis pro *Bapt. c. 20.*  
prius Baptismus dicatur, à Christi Baptismo diversus. *21. 22. Con-*

19. Effectum quoque ejus nullum nisi humanum fuisse conce- *til. Trid.*  
dunt: nihil in eo effectum, quod non à quovis homine fieri pos- *seß. 7.*  
set; lotionem fuisse, quæ corpus tantum mundaret, ad animam *Mar. Duk-*  
autem non pertingeret; remissionem peccatorum & Spiritum *kanus l. 1.*  
sanctum non contulisse; Baptismum insufficientem fuisse, non *cōt. Anab.*  
propter imperfectam fidem vel Iohannis, vel à Iohanne Bapti- *cap. ult.*  
zatorum, sed propter suam ipsius infirmitatem; atque adeo Sa-  
cramentum non fuisse, sed tantum quoddam Sacramentale di-  
sponens ad Baptismum Christi, ad quem usu baptizandi à Iohan-

ne præparandi erant, quoque omnes à Iohanne baptizati postea denuò baptizari debebant.

*Homil. 14.* 20. Nec hos tantum, sed & patres quosdam sententia hęc asti-  
*in Matth.* pulatores invenit. Ex Græcis quidem Chrysostomum, qui in Baptismo Iohannis comprehensam fuisse remissionem peccatorum disertè negat: Ex Latinis verò Augustinum, qui Iohannis & Pauli baptismum non unum, sed diversos fuisse contendit, & ob id à Iohanne baptizatos, à Paulo Christi baptismo denuò baptizari justos *A&t. 19.*

21. Nos verò, quibus scripturæ auctoritas omni humana auctoritate potior est, ejus ductum secuti, substantiæ & salutaris fructus ratione, qui est peccatorum remissio, regeneratio & renova-  
tio, inter utrumq; Iohannis & nostrum Baptismum discriminem agnoscimus nullum: et si nobiliores quosdam Spir. S. gratias, liberalioriq; aliquantò mensura nostro baptismo in nos effundi, haud inviti largiamur, id q; in re ipsa diversitatem nullā inducit.

22. Ne verò scripturæ autoritatem jactare tantum videamur, ecce id, quod dicimus, ex ea probamus. Ac primo quidem Apostolos à Iohanne baptizatos fuisse in confessio est & negari non potest: hos verò Christi baptismo, hoc est nostro, post denuò tin-

*Mar. Dun-  
canus l. 1.* etos fuisse affirmari neutquam potest, aut si affirmare Pontificij audent (ut certè audent, dum contra expressum textum *Ioh. 4.* dicere non verentur Apostolos à Christo ipso fuisse baptizatos) cont. Ana-  
*bap., cap. 4.* ex scriptura id doceri perimus.

23. Quod enim *A&t. 1.* ipsis promittitur, futurum, ut aqua à Iohanne baptizati, Spiritu S. post dies non multos baptizentur, id de baptismo flaminis, seu visibili Spiritus sancti super Apostolos effusione intelligendum, eventus die Pentecostes docuit, Nequaquam igitur iteratum ipsis aquæ baptismum fuisse probat.

24. Probatur idem ex effectis, atque fructibus, demonstratione prorsus necessaria, qui Iohannis baptismo cum nostro communes fuerunt.

25. Nostri Baptismi effectus atque fructus sunt, peccatorum remissio, sanctificatio, regeneratio, ut paulo post probabitur. At

*Marc. 1.* hæc Iohannis quoque Baptismum contulisse scriptura testatur, *Luc. 3.* quando prædicasse dicit Iohannem Baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum: quando de Iohannis Baptismo, qui

*Iohan. 3.* publicè tunc in usu erat, Christus pronunciat: Nisi quis renatus fuerit

fuerit ex aqua & spiritu, non potest ingredi in regnum cœlorum?  
quando deniq; Petrus Baptismum, quo ipse tinctus erat, hoc est i. Pet. 3;  
Iohannis, se non minus salvum facere affirmat, quam reliquos  
Christi baptismus, hoc est noster.

26. Et cum Paulo teste, Baptismus novi Testamenti unus sit, Ephes. 4;  
aut igitur Iohannis Baptismum, totumq; adeo ipsius ministerium  
ad verus testamentum referant Pontificij, aut illum cum nostro  
Baptismo eundem esse fateantur. Prius vel invitare cogun-  
tur, posterius igitur concedant oportet.

27. Quia vero fons & occasio errandi in hac quæstione fuisse  
Pontificis videtur, temporis institutionis Baptismi affectata quæ-  
dam ignorantia, illud quoq; hic determinandum esse judicamus.

28. Lombardus, quem Pontificij sequuntur, de hac quæstione Libr. 4<sup>o</sup>  
sententias dicit esse varias, duas vero tantum recenset, 1. est eo- distinct. 3.  
rum, qui tunc Baptismum institutum dicunt, quando Christus art. 6.  
Nicodemo ait: Nisi quis renatus fuerit &c. 2. eorum, qui post  
resurrectionem demum solemnii illa mandati promulgatione:  
ite, docete omnes gentes &c. institutum contendunt. Posterior. Part. 3.  
rem amplecti videtur Thomas, quando Christo baptizato Iohan- quæst. 28.  
nis Baptismum cessasse negat. art. 5.

29. Nos tertiam tenemus, & Baptismum una cum Novi Te-  
stamenti ministerio cœpisse affirmamus.

30. Affirmati ratio est: Quia Baptismus & ministerij N. Testa-  
menti (quod cum Iohanne cœpisse Christus ipse Matth. 11. au-  
thore est, Prophetæ, inquiens, & ipsa etiam Lex usq; ad Iohannem  
prophetarunt) pars est: & ministerij hujus Sacramentum illud,  
quo primum in fœdus Dei initiatut & recipimus.

31. Et hæc quidem de secundo, quod in definitione expenden-  
dum dicebamus; sequitur tertium, de materia scilicet Baptismi.

32. Materiā hanc dicitur aquam, quam non in Iohannis tan- Tertia  
tum Baptismo, sed Apostolorum etiam adhibitam semper fuisse, quæstio.  
& πνεύμα Apostolica, & Paulus Ecclesiam Christi mundatam la- Ephes. 4.  
vacro aquæ in verbo afferens, irrefragabiliter comprobant. Mit-  
to nunc typos, quibus hæc Baptismi aqua in vet. Test. præfigura-  
ta est: mitto aquam ex Christi perosso latere fluentem, quo Ba-  
ptismum nostrum notari, Orthodoxi Patres rectè monuerunt.

33. Ex quibus etiam hoc intelligimus, cuiusmodi aqua Bapti-  
smi esse debeat, Elementaris scilicet & naturalis, sive ea stagnalis  
sit, sive fluvialis, sive fontana, sive pluvialis.

Iti



34. In institutionē igitur injurios esse, & ob id verum Baptisma administrare & percipere non censemus, qui vino, lacte aut alio quovis liquore aquam permutant. Est enim aqua seu aspersio pistola ad vel mersio in aquam ex partib⁹ Baptismum constituentibus, qua Th. Titiū. absente Baptismi verbum non magis est Baptismus, quam anima, corpore humano annihilato, homo est.
- lib. d: hæ 35. Hæreticos verò veteres Seleucianos & Hermianos, qui res. cap. 59 Augustino, & Philastrio testibus, non aqua sed igni baptizandum nugabantur, & flagellantes, qui itidem non aqua, sed sanguine proprio, eoque flagellis excusso atque expresso baptizandum delirabant, & Iacobitas, qui aquæ baptismatis loco ferro candenti crucis figuram frontibus imprimebant, & alios, virginis spiritu agitatos fuisse arbitramur.
- Mar. Dun. 36. Sed nec Pontificiorum placita probamus de aqua suis benedictionibus vel potius incantationibus consecrata, & in hunc Anab. l. 1. usum reservata, ad Baptismum adhibenda. Etsi enim aquam per cap. 2. verbum & orationem sanctificandam esse non negamus, id tamē in ipso usu quam rectissimè fieri affirmamus.
- Quarta 37. Est verò verbum hoc (ut ad quartum in definitione considerandum transeamus) ipsum institutionis verbum: Ego baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Hoc verbum illud est, per quod Baptismi aqua verè sanctificatur, & per quod Christus lavacro aquæ Ecclesiam suam mundat, quodq; vitam quasi & animam aquæ impertit, ut non immerito Baptismi forma dici mereatur.
- Catechesi 38. Sine verbo namque hoc aqua Baptismus non est, sed ut re-  
minori de & graviter D. Lutherus, simplex aqua: addito verò verbo hoc Baptismus est, hoc est salutaris gratiæ, vitæq; aqua, & laya-  
Baptismo. crum regenerationis in Spiritu sancto. Tit. 3.
39. Execranda igitur & fulmine cœlitus misso vindicanda in Baptismum, ipsumque adeò Spiritum sanctum blasphemia est Mennonis, Anabaptisticæ impietatis præcipui olim Antistitis, omniumq; ejus complicum, blasphemantium, Baptismum nihil aliud esse, quam manum aqua plenam, aut lotionem manu, li- quore plena, factam.
40. Porro verbum institutionis formā Baptismi dicimus, non ut illud ab eo, qui baptizatur vel auribus percipitur tantum, vel & auribus percipitur & corde creditur, sed ut verbum institutio- nis

nis & promissionis est, & ut ab eo, qui secundum Christi mandatum Baptismum administrat, usurpatur & profertur.

41. Neq; enim ab utentis vel fide, vel incredulitate Baptismus, (ut nec alia sacramenta) dependet, sed à fide, & promissione instituentis Dei, qui, quomodolibet se homo habeat,  $\alpha\mu\epsilon\tau\alpha\beta\lambda\kappa\tau\Theta$  est, & perpetuò sui similis, donaq; ejus  $\alpha\mu\epsilon\tau\alpha\beta\lambda\kappa\tau\alpha$ , nec incredulitas hominis fidem ejus evacuare potest. *Rom. ii.*  
*Rom. 3.*

42. Ut verò, quomodo secundum Christi præceptum Baptismus legitimè administrari debeat, rectius intelligatur, ipsum institutionis verbum accuratius aliquantò inspiciendum est.

43. Tria autem in illo veniunt consideranda 1. verbum explicans baptizandi actum, 2. nomen exprimens personam, quæ baptizatur, 3. voces explicantes personas, in quarum nomine quis baptizatur, & cum quibus in fœderali hac actione fit stipulatio.

44. Quod ad primum & secundum, usus illorum in alijs atque alijs Ecclesijs paulò diversior est. Verbum enim baptizandi actū explicans per indicandi modum Latina, & aliæ pleræq; exprimunt Ecclesiæ hoc modo : Ego baptizo te in nomine Patris, filij & Spiritus sancti. Græca verò per modum imperandi, vel deprecandi ; Baptizetur servus Christi in nomine Patris &c.

45. Similiter nomen exprimens personam, quæ baptizatur, Græca in tertia persona, Latina & aliæ in secunda enunciant. Quam quidem diversitatem, quia essentialia Sacramenti inviolata reliquit, tum legitimæ illius administrationi tum, integrati nullam vim facere judicamus.

46. Quod ad tertium, illud verò idipsum est, in quo non minus periculosè, quam ssepè à multis erratum fuit, quam primum à præscripto institutionis deviari cœptum, ut proclivis solet esse lapsus, lucerna pedum nostrorum & lumine semitarum nostra-ruin, verbo Dei, securè neglecto.

47. Ut ergo nos inter omnes errorum scopulos tuti navigemus, cynosurā præscripti institutionis divinæ secuti, nulla prorsus ratione à forma præcripta discedendum existimamus, sed toridem planè verbis, eodemq; ordine à Baptismū administrante enunciandam.

48. Neq; enim dubium est Christū hujus sui præcepti, quo singulas Deitatis personas explicitè exprimi jussit, causas habuisse & quia in sacro hoc singulæ personæ singularia conferunt beneficia, explicatam earum mentionem fieri, utile est.

B

Non



49. Non tantum igitur errasse censemus portenta illa hæreti-  
Libr. 1. corum veterum, Gnosticos, qui, Irenæo teste, baptizabant in no-  
cap. 18. mine ignoti Patris, in veritate matris omnium, & in nomine de-  
L. 5. Thes. scendentis Iesu: Eunomianos, qui referente Niceta, in nomine  
orth. c. 37. Patris increati, & filij creati & Spiritus sancti sanctificantis, qui  
à Filio creatus est, & similes: Sed omnes etiam illos, qui vel in  
nominibus Patris, & filij & Spiritus sancti, vel in nomine Iesu,  
vel in nomine sanctæ Trinitatis baptizant à præscripta à Chri-  
sto forma recedere & in institutionem peccare arbitramur.
50. Improbamus quoque, quod lib. de vera & falsa religione  
cap. de Baptismo docet Zwinglius: non esse necessariam ullam  
certam verborū formam in baptismo. Hoc enim cum institutio-  
ne baptismi è diametro pugnare, quivis facile agnoscit.
51. Nec quicquam vel adversariam sententiam juvat, vel no-  
C. 8. C. 10. stræ officit, quod in Actis in nomine Iesu Christi leguntur bapti-  
zasse Apostoli, nulla explicita Patris & Spiritus sancti facta men-  
tione.
52. Indicari enim illic negamus formulam, qua inter bapti-  
zandum usi sunt Apostoli (Hæc autem & ab ipso Christo & ab  
Evangelistis sufficienter satis descripta erat, indeq; peteda) ostendere  
autem tantum Lucam voluisse dicimus, Christianos recens  
conversos in fidem, doctrinam atque professionem Christi bapti-  
zatos fuisse. Neq; enim verisimile est, Apostolos præcepti domi-  
ni tani citò oblitos fuisse.
- Quinta 53. Et hæc quidem de materia & forma baptismi, sequitur nunc  
quæstio. definitionis membrum quintum, quod est de fine Baptismi quo-  
ad Deum, seu effectis atq; fructibus baptismi salutaribus: doctri-  
na videlicet, ut utilissima & consolationis plenissima; ita ab anti-  
quo illo serpente nunquam non, partim per cuniculos, partim  
vi aperta oppugnata, misereque quassata.
54. Quod ne nunc quidem facere cessat, sed nihil non molitur,  
quo doctrinam hanc ex mentibus piorum extorqueat, imò  
ex Ecclesia planè extirpet: Quod ut eo facilius effectum det, &  
Ecclesiæ pugnam difficiliorē efficiat, non una tantum parte ih-  
lam aggreditur, sed utroque quasi cornu laborantem tormentis  
indefinenter quatit, operam ipsi præstantibus, hinc quidem Cal-  
vinianis, illinc vero Pontificijs & Jesuitis.

Galv.

55. Calviniani, falsa hac opinione fascinati, Sacra-  
menta signa *Calvin.* 4.  
tantum esse significantia, ijsq; gratiam & remissionem peccato-*instit.c.14.*  
rum non conferri, sed significari tantum & ob-signari, Bapti-*Vrsin.par.*  
stum omni salutari fructu exiunt prorsus, in eo regeneratio *3. catech.*  
nem non fieri, sed ejus documentum tantum & symbolum à explicat.  
Deo proponi dictantes, seu, instar signati esse diplomatis, quo *Calvin.* 4.  
nobis confirmet Deus peccata nostra omnia deleta, inducta & *instit.c.15.*  
obliterata esse: Signum esse ordinatum ad significantium, nos *seit. 1.*  
recepì à Deo in gratiam propter effusum Christi sanguinem & *Vrsin.par.*  
regenerari ipsius spiritu. Quæ quam procul ab Anabaptistarum *3. exp.ca-*  
hæresi absint, omnibus pijs judicandum relinquimus. *t. ch.p.54.*

56. Ehi quidem ut in defectu peccant, ita in excessu peccant *th. Momp.*  
Pontificij, qui efficaciam Baptismi eousque extendunt, ut pec-*scriptis.*  
catum per illum tolli & deleri arbitrentur, non quoad reatum  
tantum, sed & quoad materiale seu vitium, ita quidem, ut re-  
natis peccatum non solum non imputetur, sed ne quidem sit.  
Cui duos insuper alios effectus adjungunt, collationem vide *Conc. Tr.*  
licet gratiæ ex opere operato, & impressionem charakte-*sess.7.Bell.*  
ris in anima indelebilis, ob quem iterari Baptismus non *tom.3.c.öt.*  
possit. *2.generali lib.1.c.12.*

57. Nos regia incedentes via, contra illos quidem pronun-  
ciamus Baptismum verè esse organon illud per quod Spiritus  
sanctus nos à peccatis verè mundat, sanctificat, regenerat, ut habet  
definitio: contra hos verò, effectus assignatos duos, primum  
& tertium videlicet, falsos, adulterinos, & ex scriptura nun-  
quam probabiles, dicimus: secundum verò partim concedi-  
mus, partim accuratiorem considerationem requirere cen-  
semus.

58. Prius cum dicimus, non tribuimus aquæ Baptismi magi-  
cam quandam mundandi, sanctificandi & regenerandi vim, qua-  
si sine gratia Dei, merito Christi, & efficaci operatione Spiritus  
sancti hæc operetur: Quemadmodum nec characteribus, syllabi-  
bus, aut sono verborum, cum Evangelium potentiam Dei ad sa-  
lutem omni credenti esse credimus: sed organon esse volumus, *Rom. 1.*  
per quod Pater gratiam suam exhibet, donat, applicat: Filius

meritum suum credentibus communicat; Spiritus S, ad salutem omni credenti efficaciam suam exerceat.

59. Quod tum ex promissione institutioni Baptismi annexa evidenter claret, quâ salus promittitur omnibus, qui crediderint & baptizati fuerint: tum alijs scripturæ testimoniis potentissimè evincitur.

*Tit. 3.* 60. Et primò quidem Paulus de Baptismo pronunciare non veretur, quod sit lavacrum regenerationis, & renovationis in Spiritu sancto. Cujusmodi verò lavacrum illud sit, alibi explicat, dicens: Christum Eccleiam dilexisse, eamque sanctificasse purgando eam lavacro aquæ in verbo.

*Ephes. 5.* 61. Christus verò idem probat, quando fieri non posse pronuntiat, ut quis introeat in regnum cœlorum, nisi aqua & spiritu renascatur: Quibus verbis Baptismum nostrum notari certissimum est, ut maximè id neget Calvinus. Vtrique, & aquæ & spiritui unitus & idem effectus, renascentia videlicet assignatur.

*lib. 4. inf. c. 16. sect. 25.* 62. Non autem moramur huc Calvini glossam, qua copulam per ἐπεγνώσην exponendo, aquam hoc loco dicit simpliciter accipi pro Spiritu, qui metaphorice in Prophetis aquæ nomine sepe solet designari.

63. Præterquam enim, quod à communi omnium orthodoxorum interpretum explicatione recedit, in cerebro Calvini nuper nata, & præter inanem ταυτολογίαν nihil habet, & ab ipso quoque textu alienissima est, qui generationi ex carne, seu ἐν ὁστῖσ φθαρτῆς regenerationem ex semine incorruptibili opponit, & illam quidem ex carne, hanc verò ex aquâ & Spiritu esse pronuntiat, tanquam salutari regenerationis lavacro. Tit. 3.

*1. Pet. 3.* 64. Sed & Apostolus Petrus astipulatur, Baptismum diluvii aquis olim præfiguratū, nos salvare dicens. Quo sanè salus ipsa Baptismo aquæ ascribitur, quicquid etiam dicat Calvinus, non significare Petrum voluisse, ablutionem & salutem nostram aquâ perfici, aut aquam purgandi, regenerandi, renovandi virtutem in se continere. Quæ si de simplici & nudâ aquâ intellecta vult, nos, ipsumq; adeò Lutherum, habet ομοήφες: sin de Baptismi aquâ, id quod totus contextus innuit, cum Mennone, Baptismum ullam purgandæ animæ vim habere negante, illum blasphemare non dubitamus.

*All. 2. et 22.* 65. Quid, quod & remissio peccatorū, ablutio à peccatis aquæ Baptismo

Baptismo disertè in scriptura tribuitur : & quicunque baptizati sunt, in mortem Christi baptizati & Christum induisse scribuntur. Quæ sanè singula singulæ demonstrationes sunt prorsus invictæ, baptismum aquæ verè esse mundationis, sanctificationis, & regenerationis instrumentum.

66. Neque verò jam dictis adversatur, quod alibi scriptura testatur: sanguinem Iesu Christi mundare nos ab omni peccato, & purgare conscientias nostras ab operibus mortuis ad serviendum Deo vivo.

67. Aliter enim sanguis Christi nos mundat à peccatis, aliter Baptismus. Ille per modum & rationem meriti, addo & efficaciam, quâ præsens in Baptismo operatur; hic per modum instrumenti, quo meritum Christi sanguine, in ara crucis pro nobis effuso, partum, fide nobis applicatur, atq, adeò salvifico Christi sanguine aspergimur.

68. Quomodo etiam solvitur Pontificiorum criminatio, quâ ex eadem hac sententia nostra sequi putant, non uno & solo Christi merito & passione nos salvari. Mors enim Christi causa est meritoria, qua cœlestia illa bona, justicia, salus & vita æterna nobis acquisita sunt: Baptismus est unum ex mediis, per quæ bona illa, fide applicanda, nobis distribuuntur.

69. Nec se expedire arbitramur Calvinianos distinctione nuper inventâ, inter aquæ & Spiritus Baptismum, externum & internum. Duos enim Baptismos definitione differentes & tempo colloquio re separatos (statuunt enim Calviniani infantes baptizatos adulatâ demum ætate baptismi fructum consequi, id est, regenerari) ex pag. 436. scriptura probari posse negamus, imò cum ea pugnare censemus, Vrsinus dicente Apostolo, Baptismum, quemadmodum & Christum & fidem, unum esse,

70. Externam equidem Baptismi actionem ab internâ Spiritus S. vi distinctam esse non inficiamur: ex ordinatione autem divinâ, hanc, cuius proprius effectus est regeneration, actioni Baptismi externæ rectè tribui & per illam ad excitandam regenerationem efficacem esse censemus, separationem verò Swencelianismum sapere arbitramur.

71. Porrò, dum in primâ adhuc quæstionis, de effectis atque fructibus Baptismi parte versamur, illa etiam in considerationem venit quæstio; quid de Hypocitarum Baptismo sentiendum,

nunquid & ille vcrè regenerationis, & renovationis lavacrum sit.

72. Ad quam facilius expediendam, finium consideratio per quam utilis videtur. Est igitur finis rei, alius per se, alius per accidens. Ille ex rei ipsius natura resultat, hic ex malâ, accidente dispositione in objecto, per quam illum contingit impediri.

73. Quod igitur ad finem Baptismi per se, qui ex voluntate, intentione & institutione Dei, atque adeò ipsius Baptismi naturâ dependet, statuimus semper esse & manere Baptismum lavacrum regenerationis & renovationis in Spiritu sancto, si maximè illi, qui baptizantur, Hypocritæ sint, ideoque regeneratione ipsa in baptizatis non sequatur. Hoc enim Baptismo accidere dicimus, impietate & incredulitate Hypocitarum obstante, quò minus in illis fructificare possit.

74. Simili prorsus modo, quemadmodum Evangelium, si ordinationem Dei spectes, Paulus odorem vitæ ad vitam esse pronunciat omnibus, qui, ordinationi divinæ obtemperantes, hoc est, verâ fide Evangelium suscipientes, servantur: odorem verò mortis ad mortem omnibus, qui, incredulitate suâ id ipsum repudiantes, pereunt.

75. Et huc pertinet, quod suprà dicebamus, formam Baptismi verbum institutionis esse, non ut creditur, vel non creditur, sed ut est verbum institutionis, ordinationis & promissionis.

76. Non ergò stabilimus eorum opinionem, qui indiscretè omnes, qui baptizantur, sive credant, sive non, regeneratos contendunt. Fidem enim etsi ad substantiam Baptismi pertinere negamus: ad fructum tamen salutarem, qui est regeneratione & renovatio, ita necessariam credimus, ut hac qui destituuntur, illam nequicquam sibi polliceri dicamus, ac proinde regeneratos nec dici, nec esse pronunciemus.

77. Denique quæri hic etiam solet, de illis qui antequam baptizantur, verbo auditio, lectio, vel meditatio conversi fuerunt, ut de Eunicho, Cornelio, Lydia &c. ex Actis constat, nunquid cap. 8. 10. illis quoque Baptismus lavacrum regenerationis & renovationis fuerit?

Ad

78. Ad quod affirmatē respondemus; Et si enim in illā baptis-  
matis actione demū regenerati non fuerunt ( erant enim jam  
ante conversi, &c proinde renati per verbum ) mediante tamen  
Baptismo, beneficium regenerationis in illis fuit confirmatum,  
& Spiritus S. gratia locupletata; atque sic collata eis fuerunt in-  
crementa donorum Spiritus sancti, quæ cum regeneratione con-  
nexa sunt.

79. His explicatis, venimus nunc tandem ad quæstionis pro-  
positæ membrū secundum, quo à Pontificiis assignatos Baptismi  
effectus falsos & adulterinos dicebamus, quod nunc probandum  
sumiemus.

80. Ut verò inverso ordine ab ultimo ad primum baptismō as-  
signatum effectum progrediamur, negamus primò; per Baptis-  
mum imprimi in animā characterem indelebilem, ob quem rei-  
terari non possit.

81. Non autem necessarium existimamus, integrā de chara-  
ctere tractationem hīc repetere. Illa enim ad locum de sacra-  
mentis in genere propriè spectat, & eruditè ac breviter tradita extat  
à D. Chemnitio in examine can: 9. sess. 7. concil: Trident: , sal-  
tem quid characterē vocent Pontificii, hīc considerare utile est.

82. Bellarminus aliquot propositionibus illum complextitur, Tom: 3.  
ex quibus brevissimè definitio talis colligi potest: Character est cont. gens  
qualitas creata, indelebilis, animæ impressa per sacramentū ini- lib: 2, c. 98  
terabile.

83. Hic est character, quē per Baptismum animæ imprimi con-  
tendunt, nos cur id falsissimum esse pronunciemus, rationes sunt,  
quas negligere nec possumus, nec debemus.

84. Prima quidē, quod omni scripturæ fundamento destitutum  
characterē illum videamus; altera, quod aliquot ab Apostolorū  
ætate seculis ignoratus, & feliciter quidē ignoratus fuerit; ita, ut  
dicto sensu ne apud Lombardum quidem characteris appellatio  
inveniatur.

85. Vtrunq; se probaturum confidenter sānè Bellarminus p̄ræ-  
sumit, ijs scripturæ & Patrum dictis, quibus à Deo signari, signo  
notari, signū accipere, eoq; insigniri credentes passim dicuntur.

86. Sed quam dictis illis omnibus nihil proficiat, ipse, nisi talpā  
cœcior esset, facile videret, accuratori aliquantò illorum, sive  
scripturæ, sive Patrum locorum, instituto examine,

ibid: c. 20.

<sup>21</sup>  
2. Cor. 6. 14

Eph 1. et 4

Isa. 66.

Exod. 12.

Ezech: 9.

87. Cujus.



87. Cujusmodi signum atque characterem, quo credentes in & per Baptismum obsignatur, scriptura intelligat, secundus ab ipso ex Ephes. 1. allegatus locus docere illum facile potuisset, ubi signum hoc ipse spiritus promissionis sanctus appellatur, pignus atq. arrhabo hereditatis nostrae, per fidem habitans in cordibus nostris.

Rom. 8.  
1. Cor. 3.  
2. Tim. 1.  
88. Similiter & Patres cujusmodi characterem intelligi velint, ex citatis ab illo testimonij, præcipue Chrysostomo hom. 2. in Epistolam ad Ephes. & Ambrosio lib. 1. de Spiritu sancto cap 6. discere potuisset, quibus characterem illum ipsum Spiritum sanctum interpretantur.

in 4. sent. 89. Quod ad argumenta ex ratione desumpta, in genere cum distinet. 6. Gabriele respondeamus, persuasiones esse non procedentes ex quæst. 2. necessarijs, & ob id nihil concludere, tale imprimis, cui fides nostra tutò inniti possit,

Bell. c. 22. 90. Quod porrò ratione tertia criminatur; nisi characterem hunc credamus, docere nos non posse, cur Baptismus, semel ritè collatus, repeti non possit, id quam verè dicat, in sequentibus, Deo dante, dispiciemus.

91. Ex præcedentibus verò hoc constat, characterem Pontificium, quod nullo scripturæ fundamento nitatur, firmamentum, quo consolatio de perpetuo & omnibus lapsis, fide ad Deum reversis, semper obvio pacto gratiæ, in Baptismo semel cum Deo inito, nitatur, nequaquam esse,

92. Alter Baptismi ex sententia Pontificiorum effectus erat conferre gratiam ex opere operato. Hic, quod Baptismus conferat gratiam, verum esse agnoscimus, & suprà probavimus: Quod ex opere operato gratiam conferat, accuratori consideratione indigere existimamus. Quid igitur operis operati appellatione, seu propositione; sacramenta conferunt gratiam ex opere operato, sine bono motu utentis &c. intelligi velint Pontificij vetustiores & recentiores, inquiremus.

93. Vetustiores opus operatum fidei opponunt, & sacramenta ex opere operato gratiam conferre, idem esse censem, quod, Sacramenti usurpatio ejus est pretij & valoris, ut gratiam conferat, si maximè is, qui eo utitur, sit bono motu fidei destitutus. In qua sententia Scholasticos fuisse Chemnitius in examine less. 7. concil:

- eil: Tridentini, non levibus conjecturis, sed firmissimè aliquot  
iporum adductis testimonij evincit.
94. Idem etiam ex recentioribus sensisse videtur Dominicus  
Soto, qui & Concil. Trid. tempore vixit, & eidem interfuit, *De nat.* &  
Hic enim infantes justificari dicit, non fide, sed solo Sacramento grat. lib.  
fidei, tanquam instrumento passionis Christi, quo, nullum affe-  
rentes obicem, in adoptionem filiorum regenerantur. *2. c. 10.*
95. Hi recte à D. Lutherò ejusque fidelibus in repurganda do-  
ctrinæ cœlestis veritate collegis & successoribus taxati & repre-  
hensi sunt, id quod nobis pbatu haud difficile esset, nisi senten-  
tiæ illius jam ipso etiam Pontificios pudere cœpisse videbemus.
96. Recentiores enim, ut Gropperus, Alphonsus, & alij, di *Vide Ch-*  
*sputationibus de opere operante & opere operato, nihil aliud uitium in*  
*intelligi ajunt, quam Sacramentorum veritatem non ex mini-* *Exam. s. 3.*  
*stri operantis dignitate, vel merito aestimandum, sed ex Dei au-* *7. canon. 7.*  
*ctoris institutione, potentia & operatione.* *8. conc.*
97. Quibus etiam consentit Bellarminus, quando Sacraenta Trident.  
conferre gratiam ex opere operato idem esse dicit, quod confer. Tomo 3.  
re gratiam ex vi ipsius actionis Sacramentalis, à Deo ad hoc in- cont. 1. ge-  
stutæ, non ex merito agentis, vel suscipientis. Quæ si vera Pon- ver. cap. 1.  
tificiorum hoc tempore sententia esset, nec à collatione gratiæ lib. 2.  
fidem, ut in nostris Ecclesijs definitur secluderent, non magno-  
pere de hoc effectu, litigandum.
98. Quod si omnino hæc est hodiernæ Romanae Ecclesiæ sen-  
tentia, quam recentiores Pontificij præ se ferunt; cur non ex-  
pressè damnant errorem veterum Pontificiorum, maximè Scho-  
lasticorum de opere operato, quo Sacraenta gratiam conferre  
statuunt, etiamsi nec fides nec bonus motus utentis interve-  
niat?
99. Restat tertius Baptismi fructus. Pontifcius examinandus,  
qui est, Baptismum tollere & delere peccatum, non quo ad pœ-  
nam tantum, sed & quoad vitium seu material e, ita ut in ren-  
atis nihil peccati amplius sit reliquum. Hunc effectum contra ex-  
pressimas scripturas Baptismo affingi dicimus.
100. Contra verò statuimus, veram in Baptismo fieri pecca-  
torum remissionem, at non per ablationem vitij, sed reatus, non  
ita, ut peccata in renatis, quoad materiale amplius non sint, sed,  
ut per Christum condonata & recta non imputentur.

C

Esse



101. *Este enim & manere quoad fundamentum & materiale etiam in renatis peccatum, tam est in scriptura explicatè, ut planè excœcatos & induratos esse oporteat, qui veritatem radian- tem videre & admittere, nec possint, nec velint.*

*Roman. 7.* 102. *Et quidem ne in congerendis testimonij simus prolixī, & numero magis, quam pondere certare videamur, quandò de Paulo renato utique, imò sanctissimo Spiritus sancti templo, pronunciat: *Esse legem in membris ejus repugnautem Legi mentis, ita, ut, quod velit bonum, non faciat, sed, quod nolit malum, hoc faciat, an non in renatis peccatum, peccatiq; reliquias & infirmitates adhuc hærere sole clarius demonstrat?**

*Ephes. 2.* 103. *Eadem, quandò veterem hominem exuere, novum verò induere jubet renatos: (renatis enim scribit Paulus, quos per ministerium suum Deo genuerat) quandò exteriorem hominem corrupti, interiorem verò de die in diem renovari afferit, an non idem irrefragabiliter ostendit?*

*2. Cor. 4.* 104. *Quid enim quæso aliud notant appellationes veteris & exteriore hominis, quam peccatum, imprimis originale, quod per propagationem continuam carnalem inde ab Adamo usque trahimus? Illud verò cum exi & de die in diem corrupti in renatis docet, nimium profectò deliraremus, nisi id in renatis existere crederemus. Rerum siquidem non existentium nulla possunt esse accidensia.*

105. *Taceo, quod exteriorem hominem corrupti dicit, non in momento, sed de die in diem, per subsequentem videlicet successivam interioris hominis renovationem. Quod verè profectò dici nequaquam posset, si omnis peccati ratio in & per Baptismum tolleretur.*

106. *Pluribus idem probare supersedemus, ne soli lucem addere velle videamur: Propriam cuiusq; conscientiam appella- mus, an non sæpè vitiosos quosdam motus, etiam sanctissimis rebus occupati, sentiant? quod veterem hominem nondum planè exutum, sed peccatum in ipsis adhuc habitare potentissime arguit.*

107. *Ab illis verò, quibus peccatum, in renatis reliquum, negare collubitum est, querimus: Cum peccatum omnemq; peccati rationem in baptismo tolli sentiant, ita ut in renatis peccatum amplius sit nullum, quomodo in posteros propagari possit? Cum, quod quis non habet, in alium derivare posse non putes-*

*Argu-*

108. Argumenta, quibus affirmatum suum probare solent Pontificij, consultò præterimus, &c, cum non sint hujus loci, ad ipsam evanescit p[ro]p[ter]e rejicimus. Ad finem baptismi quoad nos explicandum properamus.

109. Consistit autem finis ille in obligatione, qua Deo, nos per baptismū regeneranti, renovanti & in filios adoptanti, vicissim <sup>Sexta quæ</sup> spondemus, & obstringimus, nos, corpore peccati per baptismū destructo, peccato non servituros imposterū, sed in novitate vitæ amaulaturos.

110. Sunt enim Sacra menta, ut alicubi Chrysostomus illa nuncupat, pactiones quædam; in quibus quemadmodum mutua inter pacientes interponi solet stipulatio: ita & in Sacramentis ea cernitur. Deus nos sibi confederat, & nos ad vitæ sanctimoniam & puritatem illi vicissim obstringimur, dicente Apostolo: Quicunque Baptizati sumus in Christo Iesu, in mortem ejus baptizati sumus. Consepti enim sumus cum illo per Baptismum in mortem, ut quomodo Christus resurrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in novitate vitæ perpetuò ambulamus.

111. Quia verò ea est naturæ nostræ corruptio, ut etiam ij, qui ex aqua & spiritu Deo regeniti sunt, sæpè in peccata contra conscientiam prolabantur, non importunum videtur hic considerare, nunquid ij, qui hoc modo post semel collatum baptismum lapsi sunt, certissima veniæ proposita spe ad Christum, thronum gratiæ, denuò confugere, remissionem peccatorum ab ipso petere & impetrare possint & debeant? Et, si hoc verum, utrum baptismi semel collati fructus ita sit evacuatus, ut Christo oleç, ex qua per incredulitatem & peccata contra conscientiam excisi sunt, per baptismum novum denuò inferendi sint? Vel, si non, utrum opus sit Sacramento alio, quo, nulla amplius habita ratione fœderis olim cum Deo initi in Baptismo, tanquam secunda naufragij tabula ex sævissimis peccatorum & dissidentiæ fluctibus ad salutarem gratiæ portum enatare & emergere queant?

112. Primum negarunt olim Novatiani (etiam Cathari dicti, quod mundiciem & puritatem superbissime mentirentur) contendentes, eos, qui persecutione durante ab Ecclesiæ communione descivissent, si, pœnitentia ducti, postea redirent, non recipi endos, nihil salutis reliquum dicentes, qui post baptismum pecassent,

August. de  
hæresib. ad  
Quod vult  
deum hæ-  
resi. 38.  
Itē Nice-  
tas lib. 4.  
thes Orth.  
hæresi. 27.

*Lib. 4. ha. 113.* Alterum olim assertum fuit à Marcione, qui, Nizeta teste,  
*ref. 14.* non semel cantum, sed iteratō & sāpiūs baptizabat; & ab He-  
*L. 1. c. 41.* merobaptistis, qui, auctore eodem, quia quotidie peccamus, ne-  
minem salvum futurum docebant, nisi qui singulis diebus sa-  
cro baptismate tingeretur, unde & *μεγοβαπτισαι* fuerunt appellati.

*114.* Postremum affirmant hodie Pontificij, docentes gratiam  
Baptismi ad prēteriorum tantum peccatorum remissionem va-  
*Cōc. Trid.* lere: post Baptismum perceptum, si quis in peccata prolabatur,  
*Jeff. 7. Bell.* nihil illi in Baptismi gratia esse consolationis atque præsidij, si  
*tom. 3. cōt.* maximè pœnitentiam agens, vera fide ad eam redeat: Ad aliud  
*4. gen. l. 1.* igitur Sacramentum, pœnitentiæ videlicet, decurrentum esse,  
*c. 12. et 13.* per quod denuò Deo reconcilietur & cœlestium bonorum hære-  
ditatem consequatur.

*115.* Nos dictas sententias omnes erroneas & scripturæ minus  
consentaneas existimamus, & contra primam quidem dicimus:  
nullum peccatum esse tam atrox, nullum facinus tam crudele,  
cujus remissio, si pœnitenti & fideli corde à Deo peratur, impe-  
trari non possit.

*116.* Affirmati rationes sunt prorsus ita viciæ ex scripturæ sa-  
cræ cum veteris, tum N. Testamenti clarissimis testimonij atque  
exemplis petitæ, quas, frontem perficuerit, imò profanissimus  
sit oportet, quicunq; negare audet.

*117.* Et in veteri quidem Testamento Deus juramento inter-  
*Ezech. 33.* posito confirmat, nolle se mortem peccatoris, sed ut converta-  
tur & vivat: quo ipso an non omnibus, quantumvis maximis  
peccatoribus, ac post acceptum initiationis Sacramentum in  
atrocia peccata prolapsis, gratiæ suæ januam semper patere af-  
fert.

*118.* In Novo vero Testamento Christus, refectionis proposita  
*Matth. 11.* spē, omnes quotquot laborant & onerati sunt, ut ad se veniant,  
*Matth. 10.* peramicè invitat: Apostolis omnibusque fidelibus Evangelij mi-  
*Iohan. 20.* nistris non ligandi tantum, sed & solvendi claves concedit; Pe-  
*Matth. 18.* tro querenti, quoties fratri peccantinoxam remittere debeat,  
*Luc. 6.* non septies, sed septuagies septies respondet, Patris sui cœlestis  
*Rom. 5.* proposito exemplo: Paulus quoque gratiam remissionis pecca-  
torum super peccatum per legem austum, exuberare affimat.  
Quæ omnia pœnitentibus semper ad gratiam redditum esse li-  
quid probant.

Ex-

119. Exempla, idem probantia, sunt quamplurima, maximè illustre videtur exemplum Petri, ex aqua & spiritu utiq; renati, *Mattib. 26.*  
qui postquam Christum non tantum abnegasset, sed & abjurasset, de peccato pœnitentiam agens gratiam consequitur; item Corinthij incestuosi, de quo Paulus; auditur inter *vos* fornica- *1. Cor. 5.*  
tio, qualis nec inter gentes, ut uxorem Patris sui aliquis habeat:  
qui tamen ad Ecclesiæ gremium se recipiens, non repudiatur, *2. Cor. 2.*  
sed consolatione erigitur, ne quo modo redundantē tristitia absorbeatur.

120. Et haec quidem contra Novatianorum errorem: Contra Marcionem verò & Hemerobaptistas, Baptismum semel verè rectè & legitimè collatum, ulla ratione, post quemcunque etiam lapsum, iterandum negamus: rationes haud leves afferri possunt, nos, quia res per se manifesta est, duas tantum attingimus.

121. Prima est firmitas fœderis, quod in Baptismo Deus nobiscum sancit, & per eundem ob-signat, quod non momentaneum est, sed ex parte Dei æternum semperq; ratum (ut qui fidelis est & permanet, nec seipsum negare potest, si maximè incredulitate sua ab inito fœdere sœpissimè homo resiliat) ita ut nunquam non per pœnitentiam redditus ad illud nobis concedatur, quod mox contra Pontificios probabimus.

122. Alterum ex institutione Baptismi petimus, quæ cum firma judicij de illo regula sit, neq; quicquam ratum habendum, quod illa non continetur, quam temere Baptismus olim ab hæreticis repetitus sit, quivis facile agnoscit: cum hujusmodi iterationis in institutione nulla prorsus fiat mentio.

123. Denique contra Pontificios docemus: gratiam in Baptismo oblatam, collatam, & ob-signatam, non ita per subsequentes lapsus, evanesci irritamq; reddi; quin quotiescumque, suorum peccatorum seria pœnitentia ductus, ad eandem vera fide se peccator recipit, jam virtute baptismi semel percepti in finum gratiae & misericordiæ Dei recipiatur; ut illi opus non sit, alio aliquo reconciliationis Sacramento.

124. Exemplo & testimonio suo id nos vel unicus Petrus abunde sanis docere posset, qui à Baptismo suo gravissimè lapsus, cum jam pœnitentia acta gratiam Dei & remissionem peccati imperfasser, non per aliud Sacramentum, quam per Baptismum fe-

- z. Pet. 3.* salvum reddi pronunciat, cuius figuræ inquiens, respondens Baptismus nos quoque salvos reddit,
125. Vbi notandum etiam venit, quod non in præterito inquit Petrus, Baptismus salvos nos reddidit, sub quo latere fortassis Pontificii possent, sed salvos reddit in præsentis (εώρα) vel hoc ipso etiam innuens gratiam fœderis, in Baptismo initio nunquam non, quotiescumque ad eam per veram pœnitentiam recurritur, obviam atq; expositam esse.
126. Ipsa quoq; promissio, institutioni Baptismi annexa, Pontificiorum hoc commentum, ejusq; impudentem assertionē fortissimè retundit, in futuro loquens; qui crediderit & baptizatus fuerit, salvus erit: quo salutem, in hac quidem vitâ spe obtentā, in alterâ verò re ipsa & plenè demum possidendā, non fidei tantum, sed & Baptismo ascribit.
- Isai: 54.* 127. Accedit, quod fœdus in Baptismo initum fœderi conjugali comparatur. Quemadmodum igitur maritus uxorem, quam in adulterio deprehensam, bono jure repudiare poterat, retinens, non ad aliud, quam conjugii, semel contracti, fœdus revocat: ita Deus sponsam adulteram, fornicantem cum amatoribus multis, non ad aliud, quam semel initum spiritualis conjugij pactum reverti jubet, unde & fœdus æternum nominatur, dicente Domino apud Esaiam: in misericordia sempiterna misertus sum tui. &c. Hominum siquidem incredulitas, ut suprà bis repetebamus, fidem Dei evacuare non potest: &c, si non credimus, ipse fidelis permanet, negare seipsum non potest.
- Septima  
questio.* 128. Septimum nunc definitionis membrum superest expendendum, quod erat de subjecto seu objecto Baptismi, hoc est, de Baptizandis, qui sunt homines, quotquot, caro de carne nati, ex aqua & spiritu renasci indigent.
- Thomas  
part: 3.  
quest: 66.  
art: 5.* 129. Homines dum dicimus, Pontificios in Baptismi institutionem injurios & blasphemos fuisse censemus, qui Baptismi usum ad companas, salem, & alia inanimata inauguranda retulerunt, dicitantes, sermonem baptismi non tantum ad homines intelligentes dirigi, sed ad creaturas etiam insensibiles.
130. Homines verò omnes cum dicimus, quotquot, caro de carne nati, ex aqua & spiritu renasci indigent, omnem excludimus respectum ætatis & sexus; adultiné sint, vel infantes, feminæ, vel viri.

131. Et

131. Et adultos quidem baptizandos nunquam fuit controversum, quare probatione id indigere non existimamus: tantum de vi verborum institutionis, hunc ordinem observandum dicimus, ut primum, in fundamentis doctrinæ Christianæ instituti, ea reddant, post demum baptizentur.
132. Vtrum verò infantes baptizandi sint, postremo hoc seculo, postquam religionis reformatio instituta est, magna contentione disceptari cœpit, negativam tenentibus Anabaptistis, affirmativam verò orthodoxis, quorum sententiæ nos etiam subscribimus, quod eam non stultæ rationis collectiunculis, sed solidis scripturæ fundamentis sufficiam videamus.
133. Etenim scriptura ad infantes seu τὰ βρέφη regnum cœlo- *Matth. 19.*  
rum pertinere, & neminem in illud ingredi pronunciat, nisi ex *Iob. 3.*  
aquâ & spiritu renatum: ex quo demonstratione prorsus necessaria concludimus, infantes quoque ex aqua & spiritu renasci oportere.
134. Eadem Christum introducit, perhumaniter infantes, ut ad se veniant, invitantem, & ne arceantur, prohibentem, ex quo ἀποδεκτὸν iterum colligimus, à medio ad Christum veniendi nequaquam infantes arcendos. Hoc autem cum infantibus unicum Baptismus sit, consequens est, illos, qui infantes negant baptizandos, eos, quod minus ad Christum veniant, adiutu prohibere, quod impium.
135. Idem porrò demonstratione non minus necessariâ ex Ephesios 5. colligimus, ubi inquit Apostolus: Christum dilexisse Ecclesiam, & semetipsum exposuisse pro ea, ut illam sanctificaret mundatam lavacro aquæ per verbum. Aut igitur Catabaptistæ infantes Ecclesiæ Christi membra imperitè, addo & impie, negant, aut lavacro aquæ per verbum mundandos & sanctificandos agnoscant.
136. Sed & ipsa Baptismi institutio baptismum infantum irrefragabiliter comprobatur. Iubentur enim illâ baptizari omnes Gentes, quarum complexu etiam infantes comprehendi negari non potest, nisi quis fortè, quod scriptura universaliter enunciat, particulare, hoc est, lucem tenebras dicere satagat,
137. Quid quod & promissio fœderalis non minus ad infantes, quam ad adultos pertinet, vi promissionis Abrahæ factæ: *Ego Deus tuus & seminiis tui post te: & Petro teste, cum ait: Vobis,* *Gen. 17.*
- &

*Acto. 3.* & liberis vestris facta est promissio. Quæ igitur dementia est, si-  
gnum fœderis promissi infantibus velle negare?

*Coloff. 2.* 138. Taceo nunc analogiam circumcisionis ad Baptismum,  
qua fortiter evinci potest, æquè infantes Novi Testamenti ba-  
ptizandos, quam veteris fuere circumcidendi.

*Acto. 16.* 139. Taceo praxin Apostolorum, quos integras sœpè familias,  
atque sic infantes quoque, partem videlicet familiæ, baptizasse  
constat: Taceo, quod & experientia edocti sumus, pædobapti-  
smum jure divino præceptum, ut per quem aliquot ab hinc se-  
culis Ecclesiam Deus collegit, Spiritu sancto quamplurimos do-  
navit, & æternū salvos reddidit.

*v. 1., et 33.* 140. Telam argumentorū, quæ Orthodoxæ huic de pædoba-  
ptismo doctrinæ objici solent, nunc non retexemus: unicum  
tantum, quo infantes fide destitutos & ob id baptizandos non  
esse argutantur, considerandum videtur.

*Cor. 10.* 141. Nos, et si invertere argumentum possumus, &, quod fide  
ante Baptismum destituuntur, ideo baptizandos, contendere:  
quia tamen antecedens suum ita urgent, ut ne per Baptismum  
quidem fidei capaces fieri possentiant, id quam verè sentiant,  
non nihil dispiciendum est, & ed quidem magis quod hujus suæ  
sententiæ δύο θέσεις illos habere videmus & Pontificios & Cal-  
vinianos.

*Beza in  
quest, &  
resp.* 142. Et horum quidem alij fidem infantibus simpliciter dene-  
gant, docentes non magis fidem, quam poenitentiam, in modo, nullo  
prorsus modo, in infantes cadere: alij, quia vident, Sacramenta  
sine fide inutilia & ociosa quædam spectacula futura, id, quod  
sentient, aperte profiteri non audent; dicere itaque cœperunt,  
infantes propria actuali fide destitutos, habere autem fidem quan-  
dam inclinativam, hoc est, actu quidem fidem non habere, sed  
δυνάμεις tantum, eaq; remota per inclinationem: Quo ipso infan-  
tibus fidem prorsus adiungunt, & ex fidelium censu eximunt. Ab  
eo enim, quod quis non habet, denominari non potest.

*Vrs. part.  
3 explicat.  
catechet.* 143. Pontificij aliquantò liberaliores videntur. Hi enim com-  
pulsi evidētia testimoniorum scripturæ, quibus per baptismum  
ablui, justificari, regenerari, in filios adoptari & cœlestium  
honorum hæredes scribi dicimur: hæc verò omnia sine fide con-  
*Hebr. 11.* tingere non posse animadvertis, cum sine fide impossibile sit pla-  
*Roman. 3.* cerō Deo; & Paulus pronunciet, justificari hominem per fidem:  
fidem

fidem sanè aliquam in infantibus agnoscunt, sed habitualem, *Conc: Tri-*  
seu habitum quendam fidei cœlitus infusum, oppositum ipsi vi-*dent: seß:*  
vacissimo credendi actu: hoc est, fidem agnoscunt, quæ actu *7.can. 13.*

primo, non autem secundo & ἐνεγρέσια describatur. *Dom: Soto*

*144.* Nos contrà statuimus, & fidem habere infantes cum ba-*de naturâ*  
ptizantur, & actu etiam promissionibus divinis credere, hoc est, & grat:  
& habituali & actuali fide præditos esse, licet, quomodo illam *lib. 2. c. 10.*  
habeant, intelligentiâ nostrâ nos assequi non posse, haud diffi-*Bellar: de*  
teamur. *bapt. c. 10.*

*145.* Et quidem habere infantes, cum baptizantur, fidem, tot & *11.*  
argumenta probant, quot eorum Baptismum paulò ante astru-  
ximus. Si enim ad illos pertinet regnum cœlorum, si ex aqua &  
Spiritu renati, in illud ingrediuntur, si ad Christum per Baptis-  
mum veniunt, si per lavacrum aquæ in verbo à Christo mundan-  
tur & sanctificantur, si per idem salvi sunt, si deniq; per baptis-  
mum in promissum cum Deo foedus recipiuntur, fide utiq;, sine *Heb. 11.*  
quâ Deo placere impossibile est, carere existimandi non sunt.

*146.* Non habitu autem tantum fidei, sed & credendi actu præ-  
ditos esse infantes, testem habemus Christum ipsum, τὸς μικρὸς  
( quâ appellatione etiam infantes comprehendi collatio versi-  
culi 5. Matth. 18. cum vers. 15. Marci 10 ostendit ) in se credere  
affirmantem, quo sanè ipse credendi actus exprimitur.

*147.* Exemplum quoque Iohannis, ad salutationem Mariæ  
matris Domini, in utero exultantis, non minus firmiter idem *Lucæ 1.*  
comprobat. Si enim extraordinario modo vivacissimos ejus-  
modi fidei motus in Iohanne, embrione adhuc, Spiritus S. ope-  
ratus est; quid mirum, si eosdem adhuc hodiè in infantibus per  
ordinarium regenerationis lavacrum operetur.

*148.* Arque hæc de infantum quoque Baptismo atq; fide bre-  
viter dicta sufficere arbitramur: nunc expedienda quoque vide-  
tur, nobilit̄ illa juxta atque difficilis quæstio, quâ quæri solet,  
quid de infantibus illis sentiendum, qui vel in utero moriuntur,  
vel, vivi in lucem editi, morte præveniuntur, ( nullo tamen in-  
tercedente Baptismi neglectu, vel contemtu ) antequam ad ba-  
ptismum adduci possint, nunquid pro damnatis sint habendi?  
Vtraque sententia auctores habet haud contemnendos: Aliis in  
affirmantem, aliis in negantem sententiam concedere libet.

D

*149. In*

a. De fide: 149. In affirmantem concedunt ex Patribus Augustinus, & ad Pet. c. hunc secuti Scholastici b, totaq, adeò Ecclesia Pontificia, in qua, 27.li. I. de ut Dominici Soto c verbis utamur, constitutissimum est nullum pecc:meri- parvulum absque Baptismo in re (quem in voto habere non potis, c. 20. et test.) intrare regnum cœlorum.

seq. epist. 150. Verùm hi decepti videntur, falsâ opinione de necessitate 28.ad Hie- Baptismi, † quam simplicem, absolutam, tantamq; esse persuasi ronymum. sunt, ut eā Deum quoque implicari atque teneri credant.

b. Lomb: 151. Alij itaque, in quibus etiam ex Scholasticis est \* Thomas, lib. 4. dist. ex recentibus verò D. Lutherus, omnesque illi, qui Dei auspi- 4. art. 5. ciis, hujusque ductu ex Romanâ Babylone egressi sunt, illiusq; c. lib. 2. de idolomaniæ nuncium remiserunt, negantem tenent, eandem nat: & nos quoque tenebimus.

grat. c. 10. 152. Quod enim ad primum infantium genus, in utero videli. † Thomas cet extinctorum, certissimè persuasi sumus, gravissimam Chri- parte 3. sti sententiam: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu &c, ni- quest: 65. hil illos attrinere. Nativitatem enim präsupponit, cuius cum illi art: 4. compotes facti non sint, renasci quoq; per baptismum, ordinari. \* Parte 3. um regenerationis lavacrum, non potuerunt,

quest: 68. art: 2. 153. Quod verò ad utrosque, scimus, D E V M nullius etiam maximi peccatoris morte delectari, ac proinde nec infantum ejusmodi: necessitatem verò Baptismi etsi non ita extenuamus, ut mandatum ejus, cum Mennone Anabaptista, omnium manda- torum minimum dicamus; scimus tamen ordinatam esse, non absolutam, cui nos Deus astrinxerit, se non item, posseque ex- trà ordinem etiam operari, quod alioquin ordinario modo se Bernhard: operaturum promiserat; scimus denique non privationem, sed epist. 77. contemnum Sacramentorum damnare, id quod exempla latro- nis & aliorum, qui sine baptismo decesserunt, & nihilominus cum Christo in paradyso sunt, evidenter ostendunt.

154. Porrò, ut, brevitatis caulâ, prætereamus quæstiones a- lias, de quibus circa objectum Baptismi quæri solet, ut sunt, de monstrib, infantibus inventitiis & similes, quæsitus fuit, de amentibus & furiosis, nunquid & hi baptismo tingi debeant, Parte 3. nec ne? Nos distinctione, cum Thoma, quæstionem decidi posse quest: 68. arbitramur.

155. Alij

155. Alijenim amentes & furiosi sunt nati, in quibus inde à nativitate usque nullus unquam rationis apparuit usus: Alij sunt facti, qui cum ante ratione prædicti essent, furiosi & amentes evaserunt.

156. Priores, quod eorum eadem, quæ infantium, ratio est, baptizandos esse non dubitamus: Postiores vero tum demum baptizandos censemus, situm, quando ratione erant integræ, voluntas in ipsis apparuit baptismum suscipiendi: si minus, non item nisi forsan illius furoris luculenta intervalla sint, ut cum ad mentem redeunt, institui, & baptizari queant.

157. Et haecenus de illis questionibus, in quarum considerationem ipsa nos definitio deduxit. Quia vero baptismum, ut & alia salutis nostræ instrumenta non αὐτῶς, sed ἐμμέτωπος, non per semetipsum, sed per hominum ministerium dispensare Deo placuit, consequens est videre, à cuiusmodi hominibus Baptismus rectè & legitime administrari possit, & administratus valeat, ratusq; sit.

158. Anabaptistæ abusi ijs scripturæ locis, quibus Christiani in universum omnes regale sacerdotium & facti Deo regnum & <sup>1. Pet. 2.</sup> sacerdotes dicuntur, contendunt, omnes promiscuè Christianos, <sup>Apoc: 5.</sup> nullo habito respectu, an ministri Ecclesiæ sint seu legitimi my- steriorum divinorum dispensatores, nec ne, haberine possint, nec ne, ut alia salutis organa, ita & baptismum administrare posse; Pepuzianos veteres Hæreticos, alias Quintilianos dictos, <sup>August: de hæresib.</sup> initati, qui Sacerdotium adeò commune faciebant, ut eo etiam <sup>hæresi 27.</sup> mulieres honorarent.

159. Calviniani contra administrationem Baptismi ad publi- cos verbi ministros ita astringunt, ut ad privatum quempiam, <sup>Calvinus</sup> nulla prorsus ratione, quacunque etiam incidente necessitate, <sup>4. institut.</sup> illam pertinere censeant. <sup>cap. 15.</sup>

160. Nos & administrationem Baptismi ordinariam publici ministerij propriam esse, & necessitate urgente ad quemvis privatum, imò & mulierem, pertinere censemus; utrumq; scripturæ convenienter.

161. Hęc enim & Christum Apostolos peculiariter prę reliquo hominum cōetu in orbem terrarum ad docendum non modò, <sup>Math. 28.</sup> sed & ad baptizandū misisse testatur, & eosdem atq; adeò omnes fideles Evangelij ministros cooperatores Dei, & mysteriorum <sup>1. Cor: 4.</sup> D 2 divi-

divinorum dispensatores appellat, hoc ipso abunde satis commonefaciens, ordinariam Baptismi, ut & aliorum mysteriorum divinorum, administrationem non nisi ad illos pertinere, qui à spiritu sancto legitimè ad plantandum, rigandum & mysteria Dei dispensandum legregati sunt.

162. Eadem verò deficientibus legitimis verbi ministris in casu necessitatis non alios tantum privatos, sed mulieres etiam partem aliquam ministerij obiisse, verbum Dei tum privatim liberis totiq; adeò familiae domesticæ, tum publicè Ecclesiæ proponendo, & Sacraenta initiationis imprimis administrando, exemplis longè clarissimis ostendit: illud quidem Deboræ, Huldæ & Annæ Prophetissarum, Priscillæ quoque uxoris Aquilæ, à qua præclarus ille primitivæ Ecclesiæ Doctor Apollo veræ fiduci fundamenta hausit: hoc verò Zephoræ uxoris Mosis circumcidens filium circumcisione coram Deo rata, aliarumque pientissimarum sc̄minarum, quarum 1. Mach 1. & 2 Machab. 6. mentio fit; quibus omnibus baptismum in casu necessitatis à mulieribus administratum non minus efficacem esse, quam qui ordinario modo ab Ecclesiæ ministris administratur, indubitate colligimus.

163. Porrò, quia sæpè contingit, ut iij, ad quos ordinaria Baptismi administratio spectat, aut mali sint, omnis generis flagitijs pessimè delibuti, aut Hæretici & Schismatici, quæstio moveri solet, quæ etiam Cyprianum & concilium Carthaginense exercuit, utrum Baptismus, ab ejusmodi ministris administratus, efficax sit, ita ut baptizatis repetitione baptismi opus non sit?

164. Negativā olim amplexus est Cyprianus & Concilij Carthaginensis Episcopi; hodiè eandem amplectuntur Anabaptistæ. Nos contrà affirmativam, statuentes & à malis ministris & fund. doct. ab Hæreticis, modò institutio integra servetur, & hæresis in ipsam baptismi substantiam non impingat, verum baptismum administrari, nec de ejus efficacia quicquam dubitandum.

165. Quemadmodum enim baptismi substantiæ nihil decedit, sive à bonis, sive à malis percipiatur, nec melius Sacramentum (quoad substantiam) accipit, qui vera fide ejus particeps fit, quam eadem destitutus Hypocrita: ita nec eidem quicquam accedit, vel decedit, nec melius, deterius vē redditur, sive à bonis, sive à malis ministris tractetur & dispensetur.

Talis

166. Talis enim est Baptismus, ut recte Augustinus, & nos su- Tratt. 5.  
pra aliquoties monuimus, qualis ille est, in cuius potestate da- in Iohann.  
tur, non qualis est ille, per cuius ministerium datur: &, unus atq; Tract. 6.  
æqualis est; non propter pares ministros, sed propter hoc: Hic in Iohann.  
est qui baptizat. Ioh. i.

167. Eodem ex fundamento nil nisi merum commentum esse Th. part.  
deprehenditur, quod scholastici & tota hodiè Pontifica Ecclesia 3. quæst.  
docent; ad baptismi integratem, ut & aliorum Sacramentorum 64. art. 8.  
rum, intentionem ministri requiri, qui si non intendat facere, Conc. Tr.  
quod facit Ecclesia, sed malitiosè subtrahat interiorum suam in- sess. 7. can.  
tentionem, etiam si in actione & administratione Baptismi ser. II. Bell. de  
vet formam institutionis, verum baptismum ab illo dispensari Sacra. l. i.  
negant: actionem videlicet Baptismi ab intentione instrumenti bap. 27.  
potius, quam principalis agentis absurdissimè æstimantes.

168. Et hæc de præcipuis doctrinæ de Baptismo questionibus  
dicta sufficiant: nunc, ut tractationi finem imponamus, de adia-  
phoris quibusdam ritibus, ad actionem Baptismi solemniorem  
reddendam adhiberi solitis, breviter dicemus.

169. Pontificij ritus numerant quām plurimos, & in ijs mul- Bellar. de  
tos cum superstitiones, tum impios, ut quibus virtutem Baptismi bap. c. 25.  
propriam, si non ex toto, ex parte saltem ascribunt: Nos illos 26. & 27.  
tantum retinendos censemus, qui & ordini atq; decori Ecclesiæ  
stico serviunt, & utili ac pia commonefactione Ecclesiam erudi-  
unt, & deniq; cum scriptura non pugnant.

170. Tales verò esse existimamus, exorcismum, abrenunciati-  
onem Sathanæ, confessionem fidei & similes. Hos enim ordi-  
ni & decori Ecclesiastico servire, pia antiquitas, harum rerumque et  
diosissima, arbitrata est.

171. Sed & ad instructionem atq; ædificationem Ecclesiæ haud  
parum conferunt, ut quæ per exorcismum admonetur, de misé-  
ria generis humani propter peccatum, potestate Sathanæ, & de  
vi atque efficacia Baptismi, quæ est profligare Sathanam, ejusq;  
inhomines illo tinctos dominum: per Sathanæ verò abrenun-  
ciationem, fideique confessionem docetur, baptizatos alij nunc  
domino Sacramento obstrictos, quem agnoscere, religiosè co-  
lere & venerari debeant imposterum; alterius vero domini, Sa-  
thanæ videlicet, jugum, semel excussum, studiosè deinceps fu-  
gere.

D 3

Deniq;



172. Denique cum scriptura sacra pugnare illos, à nemine huic usque evictum arbitramur. Nam, quod quidam vim atq; efficaciam Baptismi per Exorcismum obscurari & imminui censem, Th: par. 3. existimamus, objectionem hanc illorum contrà Pontificios qui quæst. 17. dem, exorcismo & exusflationibus pellendæ potestatis Diaboli art. 3. Bell. vim tribuentes, militare, contra nos non item, qui illum non de bapt. præstare & efficere, sed docere & adumbrare censemus, potesta- cap. 25. tem Sathanæ à baptizato per baptismum profligari.

173. Vnde nec Ecclesiam ad usitatum illam verborum exorcisi formam alligatam arbitramur, sed liberam illi potestatem esse agnoscimus, doctrinam hanc alijs verbis, scripturæ magis consentaneis, explicandi & proponendi.

174. Cæterum, quia non adulti tantum, qui ipsimet Diabolo nuncium voce remittere, & fidem Christi profiteri possunt, sed & infantes, quibus, quia loquela destituant, utrumq; negatum est, baptizantur, rectissime in Ecclesia primitiva constitutum iudicamus, ut certæ quædam, piæ & quo ad eū fieri potest, doctrina & vita irreprehensibiles, deligerentur personæ, Patrini vulgo, à Dionysio Areopagita susceptores appellatae, à quibus bapti- hierarch. zandi sisterentur, quiq; ipsorum nomine de fide sponderent, un- cap. ult. de & sponsores à Tertulliano dicuntur, & contrà quasvis Diabo- Lib. de ba- li tentationes de baptismo illorum aliquandò testarentur. ptismo.

175. Et hæc doctrinæ de Baptismo capita videntur præcipua, de quibus veram scripturæ sententiam nos explicasse, sumus per- suasi. Deum æternum Patrem' ardenteribus votis oramus, ut in ve- hac sententia animos nostros confirmare, & contra quasvis cor- ra ruptelas præmunire dignetur, per Iesum Christum Dominum nostrum, Amen.

F I N I S.





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-471079-p0033-0

DFG



Thes de anima*ū* statu post mortem.

Thes de Ecclesia triumphantē.

De sanctis religio et inservit eius cultus catenisque spectantibus.

Item: Thol. de sacramentis in gr.

De notitiis Dei et voluntatis ipsius humanis ac non insitis et disciplinā ex cōditis, D. Hofmanni.

Thes: de justificatione hominis peccatoris coram Deo D. RUGII.

~~Thes:~~ Propos: de justificatione gratia facianos sibi Ferinarii.

Assert: Thol: De justificatione hominis coram Deo, Polyc: LYSERI.

Prop: repetentes summa trahit de justitia fidei & boni opib, M. Fleischer, A. Bergii

De Ecclesia triumphantē in celis disputationes 2, quā una de sanctis in vita aeternitatis beatitudine agit M. Volekunni, altera de sanctis cultu agit M. Gameri.

Disp: de Prudentia dei Wolfi.

Disp: 1. de Turcā ex c. 38 & 39 Ezech: in quā explicant ist. 3.

1. qd sit gog Magog, Babil, Persida. 2. p̄ se vocab: Turca significantur  
3. qd Turca sunt flagella quo dñs castigat Ecclesiam. D. Salom. GESNERI.

Disp: altera de Turcā, ex c. 38 & 39 Ezech: tota in refutando diuī cap: p̄fita, qd GESNERI.

Disp: 2. de Turcā, in qua tractat 1. de tempore ultima disruptionis Turcarū in Ecclesiam. 2. de populo ad loco nō ubi ista essent. 3. Quas ob causas Turca Christianis immisit. 4. Causatione fit repudiandus. F. Quo pacto neq; armis tamen Mahometistarū fūndit sint delendi, qd GESNERI.

Propos: de Ecclesia HURNII.

Thes: de Predestinatione D. FREDERI.

Thra de reali communione idiomata in cōfessione tri, M. Berndes.

Thra de Baptismo capite papie D. RUGII.

Thes: de Sacramentis in gr. GESNERI.

Item: Theologia de cruci corporis Christi in cena maledictione & dictib; sacrificiis D. GESNERI.

Item: Thol: de communione idiomata reali testi: grū, D. GESNERI



B.I.G.



Doctrinæ  
de  
**BAPTISMO**  
Capitaprecipua, sub formathesum tractata, &  
divina Spiritus sancti benignè assisten-  
te gratiâ,  
**P R A E S I D E D A V I D E**  
R U N G I O, S S. THEOLOGIÆ DO-  
ctore & Professore in Academia VVie-  
bergensi publico,  
Ad publicam disputationem 30. Aprilis hora 6.  
matutinâ instituendam proposita.  
a  
M. BARTHOLOMAEO BATTO  
Hamburgensi.  
  
WITEBERGÆ,  
Typis M. Georgij Mulleri, Anno 159

42

